Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift





uix paucos fructus offerre potuit dño saluatori;
duas oliuas paulum & barnaban accipe. & tres
oliuas petrũ & iacobum & iohannem qui & in
monte transfiguratum dominũ conspexerunt.
& ad archi synagogi filiam iere cũ dño; quattuor
autem & quinq; oliue reliquos nouẽ faciunt
apostolos. in quibus iude proditoris locum mathi
as obtinuit. qui utiq; pro diuersitate grãrum q̃
nobis ignota est. in quattuor & quinq; oliuas
separati sunt. ut euangeliorum numerum. & le
gis in se uolumina demonstrarent. quasi predi
catores utriusq; instrumenti. In die illa inclina
bitur homo ad factorem suum. & oculi eius
ad sc̃m israhel prospicient. & non inclinabit
ad altaria que fecerunt manus eius. & que ope
rati sunt digiti eius; non respici & lucos & delubra.
In illo tempore. quando de populo isrl̃ cui pius
dicebatur oliuam fructiferam uocauit te
dñs ds tuus; & de qua in psalmis legimus filii
tui sicut nouelle oliuarũ in circuitu mense tue.
pro siccitate grẽ spiritalis. uix duas oliuas & tres
aut quattuor aut quinq; dñs esuriens repperit.
subintrauit gentium plenitudo. & nequaquã